

Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 15 : De Marsya

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 15 : De Marsyas](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 16 : De Marsyas](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 15 : De Marsyas](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 621-624

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Marsyas](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

multo honestiores & probabiliore cur fabulę huiusmodi fingerentur, quamuis alicuius historiae fundamento fulciuntur. Atqui neque Zexis quidem ridiculas interdum explicationes ipse deriderem, cum humanum esse sciam errare aliquando & labi ac falli, nisi & ille fuisset vel ipso Thamyri arrogantior atque importunior, & ne multa dicam, nisi ille vel leuissimos ceterorum scriptorum errores grauissimę insectaretur. nemo enim vir bonus atque prudens debet aliorum de dignitate quidquam detrahere scribendo, sed omnia sua scripta conferre & advertere ad presentium posterorumque omnium utilitatem & institutionem. qui vero maledicta, nugas, res turpes literis committunt, tales haberi iure debent, qualia sunt eorum scripta: quę certę parum reperiuntur plerumque a motibus animique consilio discrepare. at nunc de Marsya dicatur.

De Marsya. CAP. XV.

MARSYAS quoque Phrygius tibicen ob similem huic temeritatem & petulantiam non leue supplicium subiit. Hęc Hyagnidis fuit filius, eius qui primus omnium mortalium leges musicas ad laudes Deorum, quibus in sollemnitatibus Gręci vsi sunt, accommodauit, qui Marsyas ausus est cum Apolline de tibiaram peritia contendere. Fabulati sunt hunc magna consuetudine cum Cybele fuisse coniunctum, sed diu postea peruagatum in Nysam ciuitatem ad Dionysum, qui ibi regnabat eo tempore, peruenisse: vbi cum Apolline illic inuēto, qui cum ob alia multa præclara, tum ob inuentam citharam, & artem pulsandę citharę magno in honore habebatur, ausus est contendere; cum ipse tibijs a Minerva eiectas suscepisset vt aiunt, ijsque inflandis factus iam peritior sibi videretur. Apollinem igitur in certamen musices prouocauit ea conditione, vt victor victo quodcunque libuisset, imperaret, vt testatur Pausanias in Phocæicis. Idcirco mansit ea consuetudo postea in magnę Marris sacrificijs, vt adessent illis etiam tibijs, vt ait Myrleanus Asclepiades. in eo certamine igitur cū Apollo citharam pulsasset, mox ore cantabat: at Marsyas tibijs inflandis tantum erat peritus, quare etiam victus pœnas dedit suę temeritatis. Qui rem etiam planius explicare voluerunt, addiderunt his, quod Nysæi iudices sunt electi quo tempore Marsyas contendit cum Apolline. nam primū tibijs ita est vsus Marsyas vt auditus stupore repletur, appareret que ob suau-

Cyprianus in his 2000
 ap hoc modo. *in*
 vngari. qui sibi
 fuit impati carer
 in hunc sibi qui
 cuiuslibet, vbi
 fupado ut, quod cum
 in hunc sibi
 apud vni romani
 ex hunc sibi
 vni sibi a hunc sibi
 sicut hunc sibi
 ut composita. *fol.*
 in q. hunc sibi.

tatem longè præstare aduersario. cum iudicibus ostentare si-
 mul artem decreuissent, aiunt Apollinem rursus ad citharam
 cantum accommodasse, quare vicit tibias repetitas. at ille ni-
 tebatur docere iudices quòd præter omnem æquitatem vince-
 retur: quòd artis, at non vocis, comparisonem fieri oportet-
 ret, ad quam cithara & tibix sunt referendæ, non autè res duas
 cum vna conferri oportere. Apollo respondit quòd nihil plus
 æquo obtineret, quia Marsyas quod sibi conueniret, fecisset,
 cum tibias inflasset: oportere hanc legem igitur vtrisque impo-
 ni, vt vel ambo, vel nemo ore vteretur, sed solis digitis propriũ
 vsum ostenderet. Istud certamen commissum fuisse non pro-
 cul à Celænis, siue (vt nunc vocatur) nõ procul ab Apamea ci-
 uitate iuxta lacum, in quo ad vsum tibiæ optimi calami gi-
 gnuntur, scriptum reliquit Strabo libro 12. ex eo lacu dicuntur
 manare fontes Marsyæ fluminis, cù Ouid lib. 6. Metam. Mar-
 syam scribat fuisse ab Apolline in fluuium mutatum. Nam fa-
 ma est apud eundem lacum tibias à Minerva fuisse inuentas,
 quas cum illa inflaret, seque in lacu conspexisset, orisque turpi-
 tudinem vidisset, & tumorem, illas abiecit, Secedite à me, in-
 quiens, malæ corporis deprauationes, vt ait Athenæus lib. 14.
 Has cum reperisset Marsyas, qui multo ante bella Troiana flo-
 ruir, non solum inflauit, cæterosq; illarum peritia antecelluit,
 sed etiam Doricæ musicæ postea, geminarumq; tibiæ fuit
 inuentor, sicut Amphion Lydiæ, vt testatur Plut. in lib. de Mu-
 sica. atq; apud Dorion oppidum Peloponnesi hic idem ausus
 fuerat Musas ad certamen cantus prouocare. Fama est igitur
 Marsyam, vbi cum Apolline decertans victus fuisset, de pini
 arbore propinqua fuisse suspensum, & excoriatum, vt testatur
 Nicander in his carminibus:

πολλάκι γὰρ πένθος γοῶντος ἀπὸ δάκρυα τμήσαι
 μαρτυροῦν, ἤχι τε τοῖσιν ἀπὸ φλέα δούρατο γύων.

Sapius & lacrymas de pino tristis ademit

Marsya, vbi Phobus nudauit cortice membra.

Illud cum apud fluuium Mbdam prius vocatum contigisset, ef-
 fecit vt fluius postea Marsya diceretur, è cuius sanguine nati
 sunt Satyri, vt scripsit Agatharchides in rebus Phrygijs. Pœni-
 tuit tamen celeriter Apollinem tantæ acerbittatis, quare chor-
 das citharæ infregit, quas cum Musæ inuenissent, mesen addi-
 derunt, Lanus lichanon, Orpheus hypaten, Thamyris parhy-
 paten.

paten. postmodo cithara & tybijs in antro Dionysii depositis cum Cybelen amaret, cum hac ad Hyperboreos usque peregrinatur. E pelle Marsyæ vitris factus fuit, quem in Celenarum civitate fuisse scribit Herod. in Polyinnia hoc pacto: εἰ δὲ, ἐπεὶ τὰ παλαιότερα τὸν Ἄλκιον ποταμὸν, ὡμίλησεν τῇ Φρυγίᾳ, δι' αὐτῆς περιόμενοι, παρεγένοντο ἐς Κελαινας, ἵνα πηγὰ ἀναδιδούσαι διακείνῃ ποταμῷ, καὶ ἐτίθειεν οὐκ ἰλάσσειεν ἢ Μαιάνδρον, τὰ ἕτιομα τὸν γὰρ ἰὸν καταβρέχεται· ὅς ἐστι αὐτῆς τῆς ἀγροῦς τῆς Κελαινῆς ἀνακίμων, ἐς τὸν Μαιάνδρον κείδεται· ἐν τῇ καὶ ἐτοῦ Σιλίου μαρτυρῶ ἀσκόσιν τῇ πόλει ἀνακρίματα· τὸν ὑπὸ Φρυγῶν λέγουσιν ἔχει ὑπὸ Ἀπέλλωνος ἰκοδρόντα ἀνακρίμασι δῶσαι. *Isti postea quædam Halym traiecerunt fluvium Phrygia, per ipsam profecti, Celenas adierunt: ubi scaturit fontes Maandri flumē, & aliter nō minorē Maandro, cui nomen est Catarrhales. hic oritur e foro Celenarū, et in Maandrū insluit: ubi est etiam Silenī Marsyæ vitrū in civitate suspensū: est enim sermo Phrygū quod illū de Marsyæ ab Apolline excoriato fuit suspensū. Fabulati sunt autē illū Marsyæ casum apud fluvium Maandrum cōvulgisse, veluti attestari videntur illa carmina Philippi:*

*Ἰμπερὶ αὐλήσῃσι πολυτρήτων δῖα λωτῶν,
ἔπι λυγροῦ βύβου φοῖβος ἐπὶ γλαφύρα.
Μαρσύα ψεύσω τὶ ἐν ἑυρίμα. τὲς γὰρ ἀθήνη
αὐλὸς ἐκ Φρυγίης ἔτος ἰληίσσαστο.*

*εἰ δὲ αὐ τοιοῦται τὸτ' ἐνίπνιτε, ἐκ ἂν ἴαγισ
πῶ ἐπὶ Μαιάνδρῳ κλαῦσαι δὴ σκυλον ἴσιν.*

*Fabula de lotis resonabat dulce foras,
Audijt hoc Phœbus, talia dicta dedit.*

Marsyæ, non hoc inuentum tibi: Palladi at ista

De Phrygia est olim fistula raptæ Deæ.

Talia si inlasset, non fleuisset tuas fata

Maandri ad gelidas tristia Hyæmni aquas.

Nam certè quidem illud verissimum est, quod olim prolatum fuit ab oraculo, quod

εἰπὲτ' ἀπὲρ ἴβρις, τοῖον τέλος αὐτὸν ἰκάσει.

Qualia quisq; facit, talis finis manet ipsam.

Dicitur ea de causâ vniuersis tibicinibus deinde iratus fuisse Phœbus, quem Sacadæ opera placatum postea fuisse memorant, cum is primus Delphis Pythium cantum cecinisset.

¶ Quid per hanc fabulâ significare voluerint antiqui, mani-

festū omnibus esse arbitror, quoniam dictum fuit ad superbo-
rum & nimis elatorum animorum deprimendam temeritatē
multas fabulas fuisse inuentas, quibus etiā consolandis illis, qui
molestiarū & calamitarum cumulis obtruntur, vti licet. nam
vt Deus in temerarios animaduertit, ita viros bonos aliqua ca-
lamitate oppressos adiuuat, quod & ipsum per fabulas antiqui
nobis tradiderunt. Cretheis enim Hippolyti filia Acasti vxor
cū capta fuisset Pelei desiderio, neque tamen Peleo vt secum
cōgrederetur persuadere posset, illū apud Acastum, quia suam
pudicitiam tentasset, accusauit. Hunc Acastus secum habens
ad verticem Pelei montis adduxit, atque vinctum feris lanian-
dum reliquit, vt scripsit Diognetus in rebus Smyrnezis. Verūm
eius innocentie misertus Iupiter ensem illi per Vulcanum mi-
sit, quo se à feris tueretur. deinde cū in urbem venisset paucis
comitantibus, Acastum debellauit, & imperio ipse potitus est.
Vt igitur non est viri sapientis aduersus diuinam Dei volunta-
tem ob præsentem felicitatem & opulentiam insurgere, sic in
rebus aduersis non est cedendum viribus tempestatis, sed in v-
trisque certa animi moderatione vti conuenit. nunc de Ixione
dicamus.

De Ixione.

CAP. XVI.

ENIMVERO multo his sceleratior fuit Ixion Phlegyæ fi-
lius, vt sensit Euripides, vt Æschylus, Antionis: vt Pherecy-
des, Pisones & Æthonis; vt verò alij, Martis & Pisidices. Hic e-
nim Diam filiam Einei, vel (vt alij maluerūt) Deionei, vxorem
duxit: cū pollicitus esset se multa munera socero mox esse
daturum, nam mos erat antiquorum patribus sponzarum mu-
nera offerre: quod in his significauit Homerus,

πῶν ἑκατὸν βῶς δῶκεν, ἑξετα δὲ χίλι' ὑπίση
αἴγας ὁμῶς καὶ δῖο.

*Dat centum prius ille boues, mille inde capellas
Et pecudes promisit.*

Deioneus igitur cū munera ob acceptam vxorem ab Ixione
flagitaret, acriusque instaret, coactus Ixion inuitauit socerum
tanquam ad conuiuium, & ad illa accipienda, quod se equitate
mitigatum simularet. hunc Ixion in foueam carbonariam,
quam tenuissimis tabulatis superius, igne interius occultato,
instrauerat, detrusit. Cū illum ob eam cædem furor inua-
sisset,